



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Processio in die cinerum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

figuris quibuscunque vanis, Augustissimo speciebus panis velato hospite indignis, procul amotis.

Processio autem cum sanctissimo Sacramento non tam longi itineris circuitu institui debet, ne aut populi devotio languescat, aut computationibus, aliisque indecoris factis occasio præbeatur; atque ita abbrevientur, ut omnis irreverentiæ tollatur occasio. Idcirco etiam in nuperis parochiarum ruralium visitationibus, ordinavimus ut ultra horæ unius spatium, SS. Sacramentum non circumferatur. Minimè etiam probanda est consuetudo exponendi SS. Sacramentum in majoribus festivitibus Sanctorum, & ferè festis omnibus, mos enim ille adversatur cæremoniali Episcoporum, aliisque ritualibus. Attendendum enim est ne ob nimiam exponendi frequentiam cultus ei debitus & honor minuatur, quod ex frequentissima expositione evenit: dum sine sufficiente Clericorum numero, cantu, thurificatione, luminaribus sufficientibus &c. perfunctoriè exponitur. Ea de causa Illustrissimus D. Cardinalis *Nicolaus* Anno 1451. *Cusanus* in hac Trevirensi Diocesi oriundus, à leminarii Clericorum ac hospitalis fundatione clarus, in synodo Coloniae habitata statuit ut per annum, solummodò in octava SS. Sacramenti, & ultra, unicâ tantummodo vice in processione circumferretur.

PROCESSIO IN FESTO PURIFICAT. B. M. VIRG.

habetur supra, pag. 177.

PROCESSIO IN DIE CINERUM.

de qua dictum est supra, pag. 184.

EA fit absque vexillis, prælata solùm cruce in hasta, & fit circa templum, vel intra ambitum templi, sub de cantatione sequentis responsorii: eaque intra templum reversâ sacerdos ante summum altare in genua provolutus, canit Litanias de omnibus SS. quæ habentur supra in benedictione ignis sabbatho paschæ pag. 218.

Respons.



Respons. Emendemus in melius quæ ignoran-



ter pec cavi mus, ne subito præoccupa-



ti die mortis quæramus spatium poenitentia



& invenire non possimus. *Attende Do-*



mi ne & misere re, quia peccavi-



mus ti bi *Verf.* Peccavimus cum patribus



nostris, injustè egimus, iniquita tem fe ci-



mus. *Attende &c.* Gloria,

DE PROCESSION. *in die Palmarum. pag. 19.*
in nocte, & festo Paschæ. pag. 256

PRO.